INNOCENTIUS PP. XI.

AD FUTURAM REI MEMORIAM. Omnium saluti paterna charitate intenti sacra interdum loca spiritualibus Indulgentiarum muneribus decoramus ut inde fidelium defun-
ctorum animae Domini nostri Jesu Xpi eiusque Sanctorum suffragia meritorum consequi et illis adiutae ex purgatorii poenis ad aeternam salutem per Dei misericordiam perduci valeant. Volentes igi-
tur Ecclesiam Canonicorum Regularium SS. Martyrum de Poenitentia nuncupatorum loci Videmiensis Vilnen. Dioec. et in ea situm altare Confraternitatis Conceptionis B. M. Virginis
immaculatae simili alias non privilegio minimè decoratum hoc speciali dono illustrare de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi ut quandocumque
Sacerdos aliquis Secularis vel Regularis missam defunctorum in die Commemorationis defunctorum et singulis diebus infra illius octavam ac feria secunda cuiuslibet hebdomadae
pro anima cuiuscumque Confratris et Consororis dictae Confraternitatis quae Deo in charitate coniuncta ab hac luce migraverit ad dictum altare celebrabit anima ipsa de the-
sauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam consequatur, ita ut per eandem Domini nostri Jesu Xpi ac B.mae V. Mariae Sanctorumque omnium merita sibi suffragantia a purgatorii
poenis liberetur concedimus et Indulgemus. In contrarium facien. non obstan. quibuscumque praesentibus ad Decennium tantum valituris. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem
sub Annulo Piscatoris die XII novembris MDCLXXXII. Pontificatus Nostri Anno Septimo

Gratis pro Deo et Scriptore

1682

[illegible]

Dypl. 496

Anno Dni 1691 die Vero Mensis Septembris Tertia In Visitatione Generali Coram Nobis Constantino Casimiro Brzostowski Dei et Apticae sedis Gratia Eppo Vilnensi, productum et Connotatum. Widziensis Anno, Mense, et die quibus supra.

Constantinus Episcopus

Joannes Worowicz Protonotarius Apticus Cancellarius D. V. Notarius Visitationis Gnalis Ppria m.

Ao Dni 1683 die 7 Maij Praesentes Gratiae coram Illmo ac Rndissimo Dno Nicolao Pac Dei Gratia Eppo Vilnensi productae et admissae sunt

Nicolaus Epus

8

3

NB Procurandae sunt praesentes gratiae pro festis B. V. Annunc.

Indulgentia Confraternitatis

1626